

Stephanus Galdeti

*Utrum quis possit simul peccare
venialiter et mereri vitam eternam*

Editor: Florina Hariga

work in progress
26.06.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Protestatis, excusatis specialibus, ad questionem difficilem faciliter respondendo.

Utrum quis possit simul peccare venialiter et mereri vitam eternam

5 Arguitur primo quod sic cum merito vite eterne potest coniungi aliquid displicens Deo vel potens displicere, igitur questio vera. Consequentia nota, antecedens est ANSELMUS in suis *Meditationibus* dicens: “terret me vita, namque diligenter discussa” aut peccatum est, aut sterilitas, et infra, “si quis fructus in ea videtur, sic est aut simulatum,
10 aut imperfectum, aut alico modo corruptum, ut possit aut non placere, aut displicere Deo”.

Ad oppositum ex dicto Salvatoris Matth. 6: *nemo potest duobus dominis servire*, ubi *Glossa*: “non simul poterit quis in celo et in terra thesaurisare et virtutibus, et viciis deservire, quia regnum Dei et dyaboli discordant inter se, nemo potest in utroque simul militare”, ex hiis etc.

In primis premitto quamdam singularem excusationem de hac responsione, significans omnibus quod habet non voluntarie suscepi. Scio enim et certus teste michi conscientia quod in hoc venerabili || collegio nedum vis, ymo nec semel sufficio respondere. Sed involuntarie
20 et coacte, ut multi sciunt etc. Fecique diligentiam, ideo Deum generaliter, tamen cordialiter, in hac presenti responsione me haberem excusare propter quattuor que formande, scilicet:

Primo, vestri et aliorum etc. convenientem ac potentem indaginem. Secundo, in meam mentem sepe cadentem caliginem.

25 Tercio, propositae conclusionis latentem voraginem.

Quarto, ex superhabiti presentis collationis clarentem compaginem.

Protestor quod non dicam contra scripturas canonicas, censuras catholicas rasuras, scolasticos bonos mores etc. Hiis peractis dividitur questio in tria dubia ut ex forma questionis clare patet. Pro primo dubio

P2 122v

1–2 protestatis — respondendo] *om. P2* 5–11 arguitur — displicere Deo] pro quolibet dicendo vide omnia premissa et que occurent; pro et contra *add. in marg. P1* ; cuilibet puncto suum premissa *add. in marg. sed del. P1* 5 arguitur] Bredwardino haec trivium † in tabula pag 100 *add. in marg. a. m. P2* 8–9 aut peccatum — sterilitas] *sup. lin. P1* 10 aut] *aa add. sed del. P2* 14 deservire] *p. c. P1* 16–22 in primis — scilicet] super † tot et tantis vias re* specialiter de hoc collatio quorum non sum dignus *add. in marg. P1* 16 excusationem] *sup. lin. P1* 20 ut multi sciunt] *sup. lin. P1* 23 primo] *om. P2* convenientem] *p. c. P1* 24 secundo] meorum *add. sed del. P1* 26 quarto] auditorum predictae *add. sed del. P1* 27–28 scripturas — mores etc.] que non valet *add. in marg. P1* 28 rasuras] arsuras *sed con. P1 P2* ; *p. c. sup. lin. P1*

premittendum quid sit peccatum.

Magister GREGORIUS adducendo auctoritatem AUGUSTINI, *Contra Faustum*, peccatum est “dictum vel factum, vel concupitum aliquid, vel supple obmissum, contra legem eternam”. Et subdit quod “lex
5 eterna est divina ratio vel voluntas Dei ordinem naturalem servari iubens, perturbari vetans”. Et AMBROSIUS ut allegat MAGISTER, libro 2, distinctione 5, “quid est peccatum nisi privatio legis divine et celestium inobedientia mandatorum?” Et infra: “non enim consisteret peccatum si interdictio non fuisset”. Iuxta illud APOSTOLI Rom. 4: *ubi non est*
10 *lex, ibi non est prevaricatio*. Patet ratione, nam si nulla foret lex, nulla foret obligatio, si nulla foret obligatio, nichil esset debitum fieri, vel indebitum fieri, seu debitum non fieri et, si sic, nichil indebite fieret, vel indebite non fieret accipiendo indebite privative, et per consequens de primo ad ultimum nullum esset peccatum seu mortalis defectus.

Est igitur omnis mortalis defectus contra aliquam legem et non solum contra legem, ymo contra legem eternam, et per consequens peccatum veniale de quo querit questio erit contra legem eternam, vel erit eterne legis prevaricatio. Communiter cum mortali, sed per quam differentiam intrinsecam aut extrinsecam ulterius sufficienter dividatur a || mortali
20 non bene potest inveniri, nec mirum. Nam AUGUSTINI *De natura boni*, capitulo 31: “quanta et qualis pena, quante et quali culpe debeatur, divini est iudicii, non humani”. Describitur tamen vulgariter a posteriori et communiter peccatum veniale cui debetur tantum pena temporalis, vel non eterna debetur mortale cui debetur pena eterna, vel quod est
25 dignum pena eterna, et carentia gratie in presenti, non enim est nisi duplex vita qua privari potest creatura rationalis.

P2 123r

|| Hiis premissis sit hec prima conclusio nulla eterne legis transgressio possibilis viatori est ex aliqua sibi intrinseca circumstantia venialis, sed si aliqua sit talis, hec est ex divina lege misericorditer obligante. Probatur
30 nam nulla talis transgressio sive sit inordinata dilectio creature usque

P1 75v

1 peccatum] Augustinus 22 *Contra Faustum* vel peccare est agere contra rectam rationem seu contra illud quod agendum est secundum rectam rationem. Hanc probat *add. sed del. P1* 3 aliquid] *sup. lin. P1* 5 est] *iter. P2* 12 fieri¹] vel *add. sed del. P1* 17 erit²] *sup. lin. P1* 19 intrinsecam aut extrinsecam] *sup. lin. P1* a] mortali non bene *add. in marg. P2*; sufficienter *add. sed del. P2* 22 describitur] *p. c. P1* a posteriori] *sup. lin. P1*; *om. P2* 24 vel — debetur¹] *sup. lin. P1* 26 privari] *privatur a. c. P1* potest] *p. c. P1* 2/27-3/3 hiis premissis — infusa] per multitudinem propositionum ex se descendendum quarum finales sint pro corolariis *add. in marg. sup. P1* 27-29 prima conclusio — obligante] prima conclusio *add. in marg. P1* 29 obligante] nam *add. sed del. P1* 30 nulla] est *add. P2*

ad contemptum Dei sive conversio ad creaturam cum aversione a Deo repugnant formaliter habituali caritati, quia nec eterne predestinationi cum sit infusa.

Et quamvis talia sint impossibilia predilectioni super omnia cum
 5 ~~ad illam non pro semper quamvis semper sub pena mortalis talis~~
~~creatura obligetur possent talia in esse creature absque predilectione~~
~~habitualis caritatis.~~

Quod igitur talia repugnent caritati habituali electi ex Dei liberrima voluntate ad perditionem caritatis pro hiis obligante. Per igitur
 10 repugnare caritati non dicitur aliquod peccatum mortale, nec per consequens per esse compossibile cum caritate veniale.

Probatur igitur conclusio, nam nec compossibilitas cum gratia, nec debitum pene temporalis est nisi a Dei voluntate etc. Deduc nam ab eodem impossibilitas mortalis et compossibilitas venialis.
 15 Item preceptum datum de non faciendo A quod est veniale obligat et tantum potest se sola obligare lex eterna, igitur quod non sic sit est ex misericordia.

Vel aliter ex predictis quod huius impossibilitas talium mortalium cum vita spirituali est a divina iustitia pro tali transgressione legis sue
 20 vitam auferente et quandoque pro hiis ad penam eternam obligante, sed quod non sic faciat pro qualibet huius transgressione est ex eiusdem misericordia sit relaxante huius lege misericorditer obligante cum hoc iuste posset facere non obstante modicitate peccati, ANSELMUS forsan etc.: “forsitan parvum putas aliquod peccatum utinam districtus iudex
 25 parvum putaret, set heu nunquam omne peccator per prevaricationem Deum inhonorat, quod ergo peccatum audebit peccator dicere parvum. || Et iterum ipse te iudicabit ad cuius contumeliam spectat quidquid
 inobediens, alias”, loquitur peccatori. Item preceptum etc., ut supra tangitur, coloretur.

P2 123v

30 Ex hiis infertur quod quolibet eterne transgressio possibilis in electo

2 repugnant] et esto quod repugnarent ut habitum diligendi non totum corrumpunt sed remitterent *add. in marg. P1 caritati] p. c. P1 quia — predestinationi] om. P2* 3 infusa] caritatis *add. sed del. P2* 8 electi] *sup. lin. P1* ; electa *P2* 9 pro] quod *a. c. P1* 11 veniale] et si hoc adhuc Dei voluntate est et de imputatione ad penam eodem modo a Deo liberrima voluntate est *add. sed del. P1* 12–17 probatur igitur — misericordia] prima conclusio *add. in marg. sed del. P1* 13 temporalis] *p. c. P1* 18 vel aliter] sicut diversis specie mortalibus *add. in marg. P1* 20 eternam] *sup. lin. P1* 22 sit] *sup. lin. P1* huius — obligante] *sup. lin. P1* 27–28 et iterum ipse — loquitur peccatori] *om. P2* 28 etc.] *om. P2* 3/30–4/11 ex hiis — in bonum] primum corollarium *add. in marg. P1* 30 eterne] *sup. lin. P1* ; *om. P2*

quantumcumque ita talis immediate de lege seu divino statuto sit
 impossibilis caritati, potest tamen dici quodammodo transgressio
 venialis. Probatur nam pro nullo tali quis ad penam eternam obligatur,
 sed tantum temporalis. Probatur nam peccato mortali presciti noviter
 5 remisso per penitentiam, vel electi si † noviter per falsam ymaginationem
 sibi remitteretur per Dei velle novum nullo modo amplius vel talis
 nullatenus amplius pro illo penam eternam et hoc, quia Deus remisisset
 sibi illam, nec illam amplius sibi vellet, sed non plus vult aut umquam,
 aut volet inferior peccato qualicumque electi talem penam, igitur. Patet
 10 totum ex immutabilitate divine volutionis aliter posset. Nec mirum
 quoniam eis omnia cooperantur in bonum.

Infertur ulterius ex eisdem quod aliqua eterne legis transgressio
 possibilis in prescito que secundum legem currentem est compossibilis
 caritati, et per consequens venialis, potest dici quodammodo mortalis.
 15 Patet de veniali vel venialibus in quibus sine temporali remissione
 et mortali decedit ipse prescitus de quo vel quibus aliqui doctores
 tenent probabiliter etc. De quibus videtur loqui ANSELMUS: “cum dicit
 in illa die exigetur a te usque ad ictum oculi omne tempus vivendi
 tibi impensum qualiter fuerit expensum tunc quippe condempnabitur
 20 quidquid fuerit inventum in te operis vel otii sermonis, vel silentii usque
 ad minimam cogitationem, etiam quod vixisti si non fuerit ad voluntatem
 Dei directum”. Et Salvator in *Evangelio* dicit quod presciti *de omni*
verbo otioso in die iudicii. Et per consequens pena eterna dabitur, quia
 illa est finalis sententia illis discussionis *ite maledicti*. Ex hiis patet illata
 25 conclusio quod quodammodo est mortalis et fuit dum fiebat, nam tunc
 et ab eterno Deus sibi volebat penam eternam, et per consequens erat
 digna pena eterna, et tamen compossibilis caritati etc.

|| non oportet quid nominis premittere demereri, quia ex dicendis P1 76r
 satis patebit.

1 ita talis immediate] *sup. lin. P1* ; *om. P2* seu] *se P2* 3 pro] *sup. lin. P1* tali] *sup. lin. P1* quis] *debetur a. c. P1* ad] *sup. lin. P1*
 eternam] *vel* add. sed del. P2* obligatur] *in marg. P1* 4 temporalis] *p. c. P1* ; *ad temporalem P2* 5 remisso] *remisso P2* per falsam ymaginationem]
sup. lin. P1 6–7 vel talis — pro illo] *sup. lin. P1* 6 vel talis] *debetur a. c. P1* 7 amplius] *om. P2* illo] *ad add. P2* penam] *pena a. c. P1*
 8 aut] *bene add. sed del. P2* 9 inferior] *infertur P2* qualicumque] *sup. lin. P1* igitur] *om. P2* 12–27 infertur ulterius — compossibilis caritati
 etc.] *secundum corollarium add. in marg. P1* 12 ex eisdem] *sup. lin. P1* 13 prescito] *prescripto P2* 14 et — venialis] *sup. lin. P1* 16 decedit]
decedat P2 17 tenent probabiliter] *tenere probantur P2* 20 operis] *otii add. sed del. P2* 24 sententia] *ill add. sed del. P2* illis] *illius P2*

Secunda conclusio principalis: nulla eterne legis inpletio possibilis viatori est in eternum premium iuste commutabilis seu eiusdem condigne meritoria, sed, si aliqua sit talis hoc, tantum ex Dei gratissima voluntate liberaliter acceptante.

5 || In *Evangelio*: cum feceritis, inquit, omnia que precepta sunt vobis etc., APOSTOLUS: non sunt condigne passionibus huius. Hec conclusio probatur ratione infra ex hoc. Nam Deus universa dona tribuit pure gratis, nam dare pure gratis in uno quoque datore quam vendere, et non datori perfectissimo, qualis est Deus absque dubio tribuendum. Et
10 sic gratissime predestinat ad gloriam et gratissime, per consequens, eam confert. Nec merita eius voluntatem alicui modo ad hoc movent.

Ex hac conclusione infertur quod non propter merita loquendo proprie confert gloriam, set potius econtra. Meritum enim in nullo genere est causa premii, nec materialis, nec formalis, nam talis manet
15 cum creato, nec efficiens, quia illa et suis effectis simul sunt et non sunt, nec finalis, nam potius est econtra. Unde in multis quos gratissime predestinavit ad gloriam gratissime ordinavit precedere quedam bona opera post que dabit huius gloriam. Et idem si dicatur per merita vel propter non denotat, nisi huius ordinem a Deo liberrime institutum.
20 Unde ut ponit actor *De causa Dei* aliter se habet legislator creatus et increatus in retribuendo, nam creatus legislator, puta homo, primo promulgat legem per quam certum premium, certo merito correspondet et ante meritum manet indeterminatus ad hunc vel ad illum, sed post per meritum determinatur. Sed Deus ex se solo semper eque determinare vult et nult, quecumque vult et nult, sicut patet Rom. 9, de Iacob et Esau. Nec volita sua posuit in contingentia causarum secundarum. Hec non assertive.

Sequitur ulterius ex nulla actuacione mentis per gratiam creatam aut increatam ac eiusdem causalitate respectu actus per modum forme
30 habitualis nulla dignitas ad premium consurgit in actu, sed solum ex conformitate ad legem eternam consurgit dignitas habitualis ex actuali acceptatione divine consurgit actualis.

Sequitur ulterius ex principali conclusione quod prescitus per nullum actum suum est absolute dignus eterno premio. Probatur, quia non

1 possibilis] v add. sed del. P2 3 si aliqua — hoc] sup. lin. P1 7 probatur] ex add. sed del. P2 ratione infra] sup. lin. P1 hoc] p. c. P1 7–11 nam Deus — movent] de mereri tertio Christi Bredwardinus et Ripa add. in marg. P1
12–19 ex hac conclusione — institutum] arguunt aliqui quid est mereri add. in marg. P1 16 unde] etiam add. sed del. P1 19 non] d add. sed del. P2
22 certum] p. c. P1 28–32 sequitur ulterius — consurgit actualis] om. P2
29 causalitate respectu actus] sup. lin. P1 causalitate] activitate a. c. P1
32 divine] sup. lin. P1

vult Deus ipsum tale premium, nec esse habiturum modo hic honore non est dignus nisi quem rex voluerit honorare. Nec vult ipsum esse dignum tali premio, quia, si sit, tunc hoc eternaliter voluit atque volet, et non datur, nec dabitur, igitur, iniuste cum eo agitur, || vel agetur. Et sic sequitur prescitos nunquam fuisse absolute dignos vita eterna iuxta illud Ps. non enim *qui operantur iniquitatem in viis tuis ambulaverunt*. Patet ex conclusione, quia nec electi fuerint digni, nisi ex eterno Dei beneplacito.

P2 124v

Quid igitur vult Deus circa prescitur bene operantem. Dicitur primo quod complacet simplice complacentia in actu suo bono. Secundo, vult ipsum esse iustum et bene fieri et in hoc sit conformiter sue regule. Vult etiam ipsum fieri efficaciter, sed istud velle est inpertinens. Vult etiam ipsum esse dignificabilem et possibilem esse dignum. Vult etiam quod esset dignus si perseveranter fieret, et si hoc sit ipsum esse meritorium quoquo modo vult ipsum esse meritorium. Si hoc significabile ponatur volubile et voluntas Dei circa quodlibet habere actum, vel secundum alios vellet, si perseveranter fieret, et hoc nullum actum importat. Et hoc vel aliquod horum sufficit ad ipsum secundum quid agere meritorie.

Hec aut aliqua ex hiis possunt ex secunda conclusione inferri.

Ex dictis supra de merito † inferri potest quod illa auctoritas vel diffinitio de spe qua dicitur, quod est certa expectatio finite glorie ex meritis et gratia proveniens glosanda propter ly “certa” et propter “ex meritis”, quia non ex operibus etc.

|| Tertia conclusio principalis nulla eterne legis transgressio ad premium, nec eiusdem inpletio ad supplicium a Deo iuste poterunt inputari qualitercumque eiusdem omnipotentia dispensante, id est Deus.

P1 76v

Hoc enim etsi prima fronte non videatur eiusdem omnipotentie, ut potentia est repugnare, repugnat tamen eidem ex necessaria concomitantia ad eiusdem iustissimam equitatem ad quam non pertinere potest reddere bona pro malis aut etiam econverso. Probari potest ratione, nam esset repugnantia in actibus divinis, scilicet eterne legis et acceptionis.

Patet ex *Scriptura*, Gen. 19 de iusto Loth servando a subversione nimie dicitur: *non possum quidquam facere*, donec illo introeat super quo AUGUSTINUS et recitatur 1 *Sententiarum*, distinctione 43: || “non

P2 125r

1 ipsum] esse dignum tali premio habere *add. sed del. P1* 2-6 nec vult — ambulaverunt] de prescito *add. in marg. P1* 5 absolute] *sup. lin. P1* 11 et in hoc — regule] *sup. lin. P1* 12 velle] *sup. lin. P1* 14-15 et si hoc — esse meritorium] *in marg. inf. P1* 28 potentia] potentie *P2* 31 scilicet] eternis l *add. sed del. P2* 35 1 *Sententiarum*] *iter. P2*

posse utique dixit quod poterat per potentiam, sed non per iustitiam”, scilicet dampnare pro actu non malo.

Et in *Evangelio*: *super illo verbo facilius est camelum intrare per foramen acus quam divitem* etc. Dicit quod divitem, supple actu
 5 concupiscentem, mortaliter divitias potest quidem Deus salvare de potentia, sed non de iustitia salvare, scilicet pro huius concupiscentia.

Ex hac conclusione sequitur quod nulla viatoris possibilis actio potest esse eterne legis transgressio venialis et eiusdem inpletio salutaris.

Ex hac ulterius sequitur conclusio responsiva ad quesitum quod
 10 quamvis diversis actionibus sit aliquem possibile mereri venialiter et mereri vitam eternam, nullatenus tamen hoc est possibile per eundem. Patet ex dictis una pars. Ad rationem in oppositionem, vel rationes.

Probetur secunda conclusio auctoritate ibidem allegata et ratione, quia si oppositum conclusionis ex assistentia Spiritus Sancti per forem
 15 habitualis talem actum principiantis et facientis illum esse eque bonum in esse meriti etc.

Sed hoc non nec coefficientia Trinitatis aut eiusdem speciali influentia ad actum aliquem ille actus efficitur aliquantus in esse meriti. Nec ex unione ypostatica alicuius persone divine ad aliquam naturam
 20 merentem efficitur, etsi aliqua dignitas in esse meriti. Et tamen ista visio videtur maxima possibilis maior unio formali accidentali, habituali meriti quidquid sit de essentiali. Item ista unio et actuatio persone Spiritus Sancti, ymo Dei, aliter quam in genere cause efficientis et extrinsece et correspondenter premii essentialis a maiore parte catholicorum doctorum
 25 ponitur impossibilis, et per consequens non videtur operari ad dignitatem actuum talium etc.

Primum corollarium unde illatum, videlicet quod non propter merita etc. Patet aliter, nam Deus prius natura predestinat et vult alicui dare gloriam quam vult dare merita. Et ideo, quia vult dare gloriam, vult
 30 dare merita, et est ordo iste in volitis, non in actu, vel actibus divinis. Et per consequens, dat merita propter gloriam. Ad quam ut ad finem illos ordinat libere. Et ex hoc solo dicuntur meritorii. || Unde et secundum
 hoc videtur sequi quod potest dare gloriam, ymo daret, etiamsi non daret merita, quia prius natura etc. Hec premittende et alia, etiam et
 35 finis huius.

P2 125v

10 mereri] *om. P2* 12 ad rationem — vel rationes] *om. P2* 13—
 18 probetur secunda — in esse meriti] *quecumque spiritu Dei aguntur hii filii Dei si*
filii add. in marg. P1 14 assistentia] *actuazione a. c. P1* 21 possibilis] *saltem*
add. sed del. P1 23—24 et — essentialis] *sup. lin. P1 ; om. P2* 29 merita]
 ut *add. sed del. P1* 31 quam] *quod a. c. P1*

|| De novitate mundi, causa, libertas divine voluntatis

P1 77r

In iustis necessariis vel necesse divina ratio est prior regula
incontinenter iustis divina voluntas, si actus aliquid fieri imperandi
5 ad actum et enuntiandi aliquid esse fiendum, aliquid addat. Dicitur
quod Deus, illud quod non imperat, potest imperare, set non noviter
intrinsece omnino, sicut de velle efficaci, sed non est idem oppositum
etc.

Perfice de excellentia divine voluntatis et quomodo ipsa est
10 primum principium omnium, et difficultatum omnium inexpugnabile
solutionum, de erroribus philosophorum et hereticorum quomodo
prophete et sancti omnia resolvunt potissime dicendum et de ovibus
ecclesiasticis etc. Multa considera et perfice.

De separatione, inherencia et constitutione anime rationalis a
15 corpore cum ipsa independens sit a quacumque complexionali
dispositione etc.

De immutatione intellectus immaterialis essentie a forma materiali
in fantasia, sed faciente etc.

De eternitate spirituum temporaliter productorum. PLATO de diis
20 in *Timeo*. Consimiliter multa.

De eque indispositis *non est volentis neque currentis ly* 'Iacob et
Esau'.

De malorum prosperitate et bonorum adversitate Esdras, *Iob*:
Dominus dedit etc.

De Turis et Sydonis et Iudeis: *si in Tyro et Sydono*.

De ignorantibus invincibiliter fidem rectam de betula etc. et nullus
parum.

Iuxta supra tactas difficultates formetur titulus talis: utrum creata
voluntas possit divine de meritorie difformare seu etiam conformare aut
30 aliter.

Divina voluntas circa actum presciti bonum etiam ex gratia
precedentem nullum actum vel volendi habet questio si velit

2-27 de novitate mundi — et nullus parum] *om. P2* 3-8 in iustis —
idem oppositum etc.] evocabilia Bredwardinus in libro *Causa* reprobatur articuli
parum errorem philosophorum *add. in marg. sup. P1* 3 prior] prius *a. c.*
P1 4 aliquid fieri] *sup. lin. P1* 5 ad actum] *sup. lin. P1* 6 illud —
imperat] *sup. lin. P1* noviter] scilicet pio *add. sed del. P1* 16 etc.] *sup.*
lin. P1 17-18 de immutatione — faciente etc.] placuit * philosophorum et
add. in marg. P1 21-22 de eque — Esau] concordantie de * Biblia *add. in*
marg. P1 23-24 de malorum — dedit etc.] et dicta extranea *add. in marg. P1*
25 de Turis — Sydono] dabi nullus dubitat etc. quibusdam dari quibusdam * et
similibus *add. in marg. P1* 31 presciti] prescitorum *a. c. P1*

determinante pro illo tali formaliter dare vitam eternam, hoc deduci potest faciliter.

Divina voluntas circa idem nullum actum conditionatum habet. Patet, quia de quacumque conditione sub qua posset ymaginari velle isti dare vitam eternam pro tali actu determinate, ymo determinatissima novit illam an illa ponetur in esse. Patet satis.

Ex hoc ulterius sequitur quod non habet tale velle quo actualiter velit isti dare vitam eternam si perseveret. Licet forsitan verum sit dicere quod si perseveraret daret sibi vitam eternam ac per hoc nunc vellet sibi dare vitam eternam et eternaliter voluisset, vel forsitan conversa conditionalis ac causalis vera foret.

Ex hiis patet ulterius quod non bene occurrit qualiter talis actus sit meritorius, nisi quia si perseveraret in illo etc., vel quia actus omnino consimiles de facto secundum legem statutam et currentem in predestinato acceptatur gratis ad eternum premium.

Ex conclusione patet quod huius actus nec habet intrinsecam, nec extrinsecam ad premium actualem dignitatis. Non primum, quia nullus actus etiam predestinati hoc habet, nec secundum ex conclusione. Habet tamen aptitudinalem dignitatis extrinsecam, quia aptus est acceptari, et quia Deus aptus est acceptare.

|| De peccato seu demerito et merito collecta sunt hec.

P1 77v

Ex predictis patet quod lex eterna non censet actum presciti esse dignum actualiter vita eterna, nec eius efficax voluntas hoc vult, quamvis velit ipsum esse iustum, et benefactum, et acceptabilem, et dignificabilem, et sibi similem in predestinato de facto dignificet.

De causalibus et divina specialiter alia proposita tangere de imposibiliis etc.

Pro nunc non vis uti, || nisi tribus conditionibus quas evidens in esse divine voluntati, scilicet actualitas, immutabilitas, libertas, et continua, et sique sunt alie.

P2 126r

Contra auctorem *De causa Dei* actualitas divine voluntatis non est ymaginanda quod ipsa quidquid potest velle actualiter velit, nam actum mundum potest velle esse, sed per hoc quod nichil potest incipere velle etc.

Cum divina voluntas intrinsece sit liberrima ad extra, tunc ex ipsa

1 deduci] deducatur a. c. P1 9 sibi] sup. lin. P2 15 gratis] sup. lin. P1 18–20 ex conclusione — est acceptare] vide adhuc * add. in marg. inf. P1 21 de peccato — collecta sunt hec] de transgressionibus et inpletionibus legis eterne meritis ac demeritis creature add. in marg. sup. P1 22 censet] causet P2 32 velit] sed add. sed del. P1

nulla est necessitas et quidquid antecedenter et causaliter vult esse cum
contingenter sic velit contingenter est, et ideo pro velle non est causa
necessitatis aut impossibilitatis, aut etiam possibilitatis, sed forsan
aliunde. Et ideo talia dicitur velle voluntate consequenti, seu talia
5 dicuntur esse volita priora volitione Dei circa illa.

Ex quo videtur talia sequi vel omnino nichil esse, nec habere causam,
nec indigere volitione vel Deum non velle illa, nec causare aut ipsa esse,
aut saltem aliqua ipsorum esse Deum etc.

Incipe sic:

10 quelibet moralis deordinatio est alicuius legis recte transgressio;
quelibet recte legis transgressio est eterne disgressio;
quelibet talis est imputabilis iuste ad eternum supplicium;
quod aliqua talis de facto non sic imputetur est ex sola lege
misericorditer obligante et reliqua que cogitati et occurrent.

15 Deus vult A seu complacet in A. Deus vult esse. Deus vult A esse
iustum seu debitum fieri.

Deus vult A esse dignum premio. Deus vult A quod A dari premium
hii actus seu hec volita non se necesse influerunt. Tamen de ultimis
dubium contra RIPAM. Nam non stat actum esse dignum et pro ipso,
20 nec nunc alias dandum premium etc.

Titulus an divina voluntas sit totalis ratio cuius meriti ac demeriti
creature etc. aut aliter.

De actibus divinis nichilominus, nisi ex nostris consimilia sibi
attribuentes qualia in nobis experimur vel oppinamur remota omni
25 imperfectione. Ex hoc multa, scilicet de velle conditionato de
immutabilitate etc., que occurrent.

Si vellet propter merita esset imperfectionis, quia maneret videre
Trinitas ut humana etc.

An in Deo sit aliquis talis actus quo velit determinare fieri esse
30 dignum, scilicet perseveranter fieret aut similis de hoc † pro non. Psalmus
sic dixerat.

1 cum] *sup. lin. P1* 3 possibilitatis] quidquid sit de s *add. sed del. P1*
4 seu] *p. c. P1* 7 volitione] *om. P2* 8 Deum etc.] hec et hiis necessaria
vide *add. sed del. P1* 10 recte] *sup. lin. P1* 19 pro ipso] scilicet Dei *a. c.*
P1 25 scilicet] *sup. lin. P1 ; om. P2* 10/27-000/0 si vellet propter —
plura notabilia] *om. P2*